Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8456
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



sum est in terram et tercia
pars terre combusta est et ter-
cia pars arborum combusta est
et omne viride fenum combus-
tum est Et secundus angelus
tuba cecinit et tamquam mons
magnus igne ardens mis-
sus est in mare et facta
est tercia pars maris sang-
wis et mortua est terci-
a pars creature que habebant
animas et tercia pars na-
uium interiit Et tercius an-
gelus tuba cecinit
et cecidit de celo stella ma-
gna ardens tamquam facu-
la et cecidit in terciam par-
tem fluminum et in fontes
aquarum Et nomen stelle di-
citur absinthium Et facta est
tercia pars aquarum in absinthi-
um et multi homines mortui
sunt de aquis quia amare
facte sunt Et quartus ange-
lus tuba cecinit et percussa
est tercia pars solis et terci-
a pars lune et tercia pars
stellarum ita ut obscuraretur
tercia pars eorum et die non
luceret pars tercia et nocte
similiter Et vidi et audiui vocem
vnius aquile volantis per me-

dium celi dicentis voce magna
Ve ve ve habitantibus in ter-
ra de ceteris vocibus trium an-
gelorum qui erant tuba canitu-
ri Et quintus angelus tuba
cecinit et vidi stellam de celo
cecidisse in terram Et data est
illi clauis putei abyssi et a-
peruit puteum abyssi Et ascen-
dit fumus putei sicut fumus
fornacis magne et obscura-
tus est sol et aer de fumo
putei Et de fumo putei exi-
erunt locuste in terram et da-
ta est illis potestas sicut habent
potestatem scorpiones terre
Et preceptum est illis ne lede-
rent fenum terre neque omne
viride neque omnem arborem
nisi tantum homines qui non habent
signum dei in frontibus suis
Et dictum est illis ne occide-
rent eos sed ut cruciaren-
tur mensibus quinque Et cru-
ciatus eorum ut cruciatus
scorpii cum percutit hominem Et
in diebus illis querent homines
mortem et non inuenient eam
et desiderabunt mori et fu-
giet mors ab ipsis et similitu-
dines locustarum similes equis
paratis in prelium Et super capita